



27th Latin Summer School

January 18 to January 22 2021

Class 4 (ii)

Tutor:

Frances Muecke

TRAVELLING IN DARK TIMES:

CLAUDIUS RUTILIUS NAMATIANUS, *DE REDITU SUO*

An introduction and (fairly free) translation with notes may be found in Martha Malamud, Rutilius Namatianus's *Going Home*, New York 2016 (electronic version in Fisher Library).

See also *Minor Latin Poets*, ed. J. Wight Duff and Arnold M. Duff, Loeb Classical Library, 2 vols. (Cambridge, MA, 1934), vol. 2, pp. 753-829.

Another translation is on line:

[https://penelope.uchicago.edu/Thayer/E/Roman/Texts/Rutilius_Namatianus/text*.htm
l](https://penelope.uchicago.edu/Thayer/E/Roman/Texts/Rutilius_Namatianus/text*.html)

Rutilius Namatianus was a pagan who worked in the Christian court of Rome's rulers in the fifth century CE. The apparently 2-book poem (it did not survive complete) was written after the 'sack of Rome' by the Goths under Alaric in 410 (3 days in August; for an important reaction, see the opening sections of Augustine's *City of God*).

Rutilius was prefect of Rome in 414 CE and his return is dated 417 CE. Though the situation in Rome itself had been calmed, this was a time when the provinces of Gaul and Spain were in disarray due to the incursions of Vandals, Alans, and Suevi.

Rutilius was probably returning to his native Gaul to check on his estates and help with the recovery of the province. The sea journey took place in late autumn, not a good time for travelling by land, as he explains.

Courtesy of Dr Peter Brennan:

On 24 August 410 Alaric led a Gothic army into Rome. "If Rome perish, what is safe", bellowed the Christian ascetic Jerome from his cave near far-off Jerusalem; many a barbarian chief may have said much the same from his much nearer home. The extent of material damage is hard to estimate, since reporters maximised or minimised it for their own purposes, but the ideological impact over the next decade was enormous - from the immediate emotional shock, through polemical attribution of blame (which god or gods were to blame), to the gradual reinvestment of the symbol of Rome with its old significance (the pagan Rutilius) or with a new one. Pagans and new Christians, particularly from the senatorial aristocracy, noted with dismay the inability of a Christian Roman Empire to protect the eternal city. The Christian Orosius' answer, to lock the event into a litany of greater Roman disasters of the pagan past and to hope for a better future, is remarkably similar to Rutilius'. Augustine had a better answer, which separated the earthly city from the 'city of God', transcending traditional patterns of thought and establishing new frontiers.

See the extract from Orosius at the end — we won't have time for this in class

Further Reading

Walsh, P. G. (2005/2015). Augustine, *De civitate Dei. City of God*, Books I-II, Oxford.

Heather, Peter (2005). *The Fall of the Roman Empire* (Pan) ch.5 (titled “The City of God”).

Matthews, J. (1975). *Western Aristocracies and the Imperial Court, A.D. 364-425* (Oxford), pp. 325-8.

Tissol, G. (2002). “Ovid and the Exilic Journey of Rutilius Namatianus.” In G. Tissol and S. Wheeler (eds), *The Reception of Ovid in Antiquity (Arethusa 35.3)*. Baltimore.

Clarke, J. (2014). ‘The struggle for control of the landscape in Book 1 of Rutilius *Namatianus*’, *Arethusa* 47: 89–107.

Liber Primus

Velocem potius redditum mirabere, lector,
tam cito Romuleis posse carere bonis.
Quid longum toto Romam venerantibus aevo!
Nil umquam longum est, quod sine fine placet.

1. What does *potius* suggest?

3. Quid <est> ‘longum’

O quantum et quotiens possum numerare beatos, 5
nasci felici qui meruere solo,
qui Romanorum procerum generosa propago
ingenitum cumulant urbis honore decus!
Semina virtutum demissa et tradita caelo
non potuere aliis dignius esse locis. 10
Felices etiam, qui proxima munera primis
sortiti Latias obtinuere domos!

Religiosa patet peregrinae curia laudi
nec putat externos, quos decet esse suos;
ordinis imperio collegarumque fruuntur 15
et partem genii, quem venerantur, habent:
Quale per aetherios mundani verticis axes
concilium summi credimus esse dei.

13. religiosa curia : sacred Senate

peregrinae laudi: foreign merit

15. imperio: power

18. Compare epic parodies e.g. Ovid Met. 1.163-252, Lucilius satire I, Seneca
Apocolcyntosis

At mea dilectis fortuna revellitur oris
indigenamque suum Gallica rura vocant. 20
Illa quidem longis nimium deformia bellis,
sed quam grata minus, tam miseranda magis.

Securos levius crimen contemnere cives:
Privatam repetunt publica damna fidem.

Praesentes lacrimas tectis debemus avitis; 25
prodest admonitus saepe dolore labor;
nec fas ulterius longas nescire ruinas,
quas mora suspensae multiplicavit opis.

23. levius crimen est + inf.

25. admonitus dolore : prompted by grief

Iam tempus laceris post saeva incendia fundis
vel pastorales aedificare casas. 30
Ipsi quin etiam fontes si mittere vocem
ipsaque si possent arbuta nostra loqui,

cessantem iustis poterant urgere querelis
et desideriis addere vela meis.

29. laceris fundis seems to be connected to incendia

Iamiam laxatis caraे complexibus urbis 35
vincimur - et serum vix toleramus iter.

Electum pelagus, quoniam terrena viarum
plana madent fluviis, cautibus alta rigent.

Postquam Tuscus ager postquamque Aurelius agger
perpessus Geticas ense vel igne manus 40
non silvas domibus, non flumina ponte cohercet;
incerto satius credere vela mari.

Crebra reliquendis infigimus oscula portis;
inviti superant limina sacra pedes.

Oramus veniam lacrimis et laude litamus, 45
in quantum fletus currere verba sinit:

39. Aurelius agger: Via Aurelia (Rome to Pisa along the coast)

42. satius : it is better

43. portis : city gate (see Aen. 2.490, Ovid Tristia 1.3.55-6

Day 2

Farewell to Rome

“Exaudi, regina tui pulcherrima mundi,
inter sidereos, Roma, recepta polos;
exaudi, genetrix hominum genetrixque deorum:
Non procul a caelo per tua templa sumus. 50
Te canimus semperque, sinent dum fata, canemus:
Sospes nemo potest immemor esse tui.

Obruerint citius scelerata oblia sole
quam tuus e nostro corde recedat honos.

Nam solis radiis aequalia munera tendis, 55
qua circumfusus fluctuat Oceanus;
volvitur ipse tibi, qui continet omnia, Phoebus
eque tuis ortos in tua condit equos.

58. tuis and tua are neut. plural

Te non flammigeris Libye tardavit arenis;
non armata suo reppulit ursa gelu: 60
Quantum vitalis natura tetendit in axes,
tantum virtuti pervia terra tuae.
Fecisti patriam diversis gentibus unam;
profuit iniustis te dominante capi;
dumque offers victimis proprii consortia iuris, 65
Urbem fecisti, quod prius orbis erat.

66. the play on urbs and orbs goes back to Ovid, Fasti 2. 684 *Romanae spatium est orbis et urbis idem*. Compare “the whole world perished in one city” (Jerome on the sack, *Ezekiel I, Preface*).

Auctores generis Venerem Martemque fatemur,
Aeneadum matrem Romulidumque patrem;
mitigat armatas victrix clementia vires,
convenit in mores nomen utrumque tuos. 70

70. i.e. names of Venus and Mars

Hinc tibi certandi, bona parcendique voluptas:
Quos timuit superat, quos superavit amat.
Inventrix oleae colitur vinique repertor
et qui primus humo pressit aratra puer;
aras Paeoniam meruit medicina per artem, 75

factus et Alcides nobilitate deus:
Tu quoque, legiferis mundum complexa triumphis,
foedere communi vivere cuncta facis.
Te, dea, te celebrat Romanus ubique recessus
pacificoque gerit libera colla iugo. 80

Omnia perpetuos quae servant sidera motus
nullum viderunt pulchrius imperium.
Quid simile Assyriis connectere contigit armis?
Medi finitimos condomuere suos;
magni Parthorum reges Macetumque tyranni 85
mutua per varias iura dedere vices.
Nec tibi nascenti plures animaeque manusque,
sed plus consilii iudicique fuit.
Iustis bellorum causis nec pace superba
nobilis ad summas gloria venit opes. 90

Quod regnas minus est quam quod regnare mereris:
Excedis factis grandia fata tuis.

Percensere labor densis decora alta trophyaeis,
ut si quis stellas pernumerare velit,

93. decora: grand buildings

confunduntque vagos delubra micantia visus: 95
Ipsos crediderim sic habitare deos.
Quid loquar aero pendentes fornice rivos,
qua vix imbriferas tolleret Iris aquas;
Hos potius dicas crevisse in sidera montes;
tale giganteum Graecia laudat opus? 100
Intercepta tuis conduntur flumina muris;
consumunt totos celsa lavacra lacus.
Nec minus et propriis celebrantur roscida venis
totaque nativo moenia fonte sonant.

Day 3

... Most of the omitted section urges hope. In the past Rome rebounded from the disasters of defeats — the Allia, the Samnites, Pyrrhus, Hannibal — Rome is eternal and will overcome the Goths.

Nam quod nulla meum strinxerunt crima ferrum,
non sit praefecti gloria, sed populi. 160
Sive datur patriis vitam componere terris,
sive oculis umquam restituere meis,
fortunatus agam votoque beatior omni,
semper digneris si meminisse mei."

162. and 164. addressed to?

Embarcation

His dictis iter arripimus; comitantur amici. 165
Dicere non possunt lumina sicca "vale".
Iamque aliis Romam redeuntibus haeret eunti
Rufius, Albini gloria viva patris,
qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen
et reges Rutulos teste Marone refert. 170

168. Rufius: Ceionius Rufius Volusanius. His family was prominent in the previous century (inscriptions at Ostia) but it appears that all that is known about him comes from Rutilius, here, below and at I.415-28. His father, Rufius Albinus, was prefect of the city in 390 CE.

170. See Volusus *Aeneid* XI. 463

Huius facundae commissa palatia linguae;
primaevus meruit principis ore loqui.
Rexerat ante puer populos pro consule Poenos:

Aequalis Tyriis terror amorque fuit.
 Sedula promisit summos instantia fasces: 175
 Si fas est meritis fidere, consul erit.
 Invitum tristis tandem remeare coegi;
 corpore divisos mens tamen una tenet.

178. *mens una*, like *animus usus*, denotes a true friend. See Horace Odes 3.8 *animae dimidium meae*

Tum demum ad naves gradior, qua fronte bicorni
 dividuus Tiberis dexteriora secat. 180
 Laevus inaccessis fluvius vitatur arenis;
 hospitis Aeneae gloria sola manet.

183. *Aeneid* VII.25-36. Aeneas lands at the mouth of the Tiber. See there the sand (*multa ... harena*) which eventually blocked the port at Ostia (eft-branch) of the river. [Horsfall ad loc. in one year in the 1870s 8.5 million tons!] Tiberis is nom. sing.

Iamque rubescet radiis mare et aethere ab alto 25
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,
cum veniti posuere omnisque repente resedit
flatus, et in lento luctantur marmore tonsae.
atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
prospicit. hunc inter fluvio Tiberinus amoeno 30
verticibus rapidis et multa flavus harena
in mare prorumpit. variae circumque supraque
adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
flectere iter sociis terraeque advertere proras 35
imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Et iam nocturnis spatium laxaverat horis
 Phoebus Chelarum pallidiore polo.
 Cunctamur tentare salum portisque sedemus; 185
 nec piget oppositis otia ferre moris,

occidua infido dum saevit gurgite Plias
dumque procellosi temporis ira calet. [MSS cadit]

183.ff. note the epic stylistic flavour

Respectare iuvat vicinam saepius urbem
et montes visu deficiente sequi; 190
quaque duces oculi grata regione fruuntur,
dum se quod cupiunt cernere posse putant.
Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo,
qui dominas arces et caput orbis habet
(quamquam signa levis fumi commendat Homerus, 195
dilecta quotiens surgit in astra solo),
sed caeli plaga candidior tractusque serenus
signat septenis culmina clara iugis.

195. *Odyssey* I.57-9, I. 193-6, X.29-30

Illic perpetui soles atque ipse videtur,
quem sibi Roma facit, purior esse dies. 200
Saepius attonitae resonant circensibus aures;
nuntiat accensus plena theatra favor;
pulsato notae redduntur ab aethere voces,
vel quia pervenient vel quia fingit amor.
Explorata fides pelagi ter quinque diebus 205
dum melior lunae fideret aura novae.
Tum discessurus studiis urbique remitto
Palladium, generis spemque decusque mei;
facundus iuvenis Gallorum nuper ab arvis
missus Romani discere iura fori. 210
Ille meae secum dulcissima vincula curae,
filius affectu, stirpe propinquus habet.
Cuius Aremoricas pater Exuperantius oras

nunc postliminium pacis amare docet;
leges restituit libertatemque reducit
et servos famulis non sinit esse suis. 215

208. Palladius Rutilius was a friend and a relative.

213. Not much more is known about this.

214. postliminium pacis: the recovery/resoration of peace

Day 4

The Departure (and sailing through poetic history)

Solvimus Auroraे dubio, quo tempore primum
agnosci patitur redditus arva color.

Progedimur parvis per litora proxima cymbis,
quorum perfugio crebra pateret humus. 220

Aestivos penetrant oneraria carbasa fluctus:

Tutior autumnus mobilitate fugae.

Alsia praelegitur tellus, Pyrgique recedunt,
nunc villae grandes, oppida parva prius.

Iam Caeretanos demonstrat navita fines: 225

Aevo deposit nomen Agylla vetus.

Stringimus <expugnatum> et fluctu et tempore Castrum:

Index semiruti porta vetusta loci.

Praesidet, exigui formatus imagine saxi,

qui pastorali cornua fronte gerit.

Multa licet priscum nomen deleverit aetas,

hoc Inui Castrum fama fuisse putat,

seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis,

sive sinus patrios incola Faunus init;

dum renovat largo mortalia semina fetu,

fingitur in venerem pronior esse deus.

223. Alsium, Pyrgi *Aeneid* X.184; both ancient Etruscan sites on the coast

225. Caere (Cerveteri) also ancient Etruscan city on a hill back from the coast, Agylla was its Greek name, *Aeneid* VIII.479

227 Castrum Novum in Etruria, originally a Roman colony, 5 miles south of Civitavecchia, (mis)identified by Rutilius with Castrum Inui in Latium (*Aeneid* VI.775), with Servius's commentary (dated 410 CE). There were once remains at Torre di Chiaruccia.

A Tourist at Centumcellae (Civitavecchia)

Ad Centumcellas forti defleximus austro;

tranquilla puppes in statione sedent.

Molibus aequoreum concluditur amphitheatrum

angustosque aditus insula facta tegit;

240

attollit geminas turres bifidoque meatu

faucibus artatis pandit utrumque latus.

Nec posuisse satis laxo navalia portu:

Ne vaga vel tutas ventilet aura rates,

interior medias sinus invitatus in aedes

245

instabilem fixis aera nescit aquis;

qualis in Euboicis captiva natatibus unda

sustinet alterno brachia lenta sono.

A later traveller (Biondo in 1434):

Secundo navigantes Tyberi, in inferum delapsi pelagus dextrum radebamus Hetruriae littus, et promontorium quod dicitur Caput Montis superantes, subiectum Centucellum portum intendebamus, tranquillo tum forte per meridiem mari, multa in eo littore antiquitatis monumenta, priscorum scriptis celebrata, e puppi biremis qua vehebamur episcopo ostendebamus, qui Ad Turres locus, qui sunt Pyrgi veteres, quae Graviscae, cum sex de improviso triremes inflatis adesse velis conspicimus, quas duci Mediolani e Genua esse docuerunt insignia.

Trajan's port is described in Pliny *Ep.* VI.31.1, 15-7:

1 Evocatus in consilium a Caesare nostro ad Centum Cellas — hoc loco nomen —, magnam cepi voluptatem. ...
15 Villa pulcherrima cingitur viridissimis agris, imminet litori, cuius in sinu fit cum maxime portus. Huius sinistrum brachium firmissimo opere munitum est, dextrum elaboratur. 16 In ore portus insula assurgit, quae illatum vento mare obiacens frangat, tutumque ab utroque latere decursum navibus praestet. Assurgit autem arte visenda: ingentia saxa latissima navis provehit contra; haec alia super alia deiecta ipso pondere manent ac sensim quodam velut aggere construuntur. 17 Eminet iam et appareat saxeum dorsum impactosque fluctus in immensum elidit et tollit; vastus illic fragor canumque circa mare. Saxis deinde pilae adicientur quae procedente tempore enatam insulam imitantur. Habebit hic portus, et iam habet nomen auctoris, eritque vel maxime salutaris; nam per longissimum spatium litus importuosum hoc receptaculo utetur. Vale.

Day 5

Nosse iuvat Tauri dictas de nomine Thermas,
nec mora difficilis milibus ire tribus. 250

249. Thermae Taurianae 3 miles north of Civitavecchia. Plin. *nat. hist.* 3.5.8

Non illic gustu latices vitiantur amaro
Lymphaque fumifico sulphure tincta calet:
Purus odor mollisque sapor dubitare lavantem
cogit, qua melius parte petantur aquae.

See Claudian, Minor Poems 12 *De balneis Quintianis quae in via posita erant*

Fontibus in liquidis paulum requiesce, viator,
atque tuum rursus carpe refectus iter.
lympharum dominum nimium miraberis, hospes,
inter dura viae balnea qui posuit.

Claudian's CM 26 is a longer poem in praise of a mineral spa.

Credere si dignum famae, flagrantia taurus
investigato fonte lavacra dedit,
ut solet excussis pugnam praeludere glebis,
stipite cum rigido cornua prona terit:

Sive deus faciem mentitus et arma iuvenci,
noluit ardentis dona latere soli; 260

qualis Agenorei rapturus gaudia furti
per freta virgineum sollicitavit onus.

Ardua non solos deceant miracula Graios.

Auctorem pecudem fons Heliconis habet:
Elicitas simili credamus origine nymphas,
Musarum <ut> latices ungula fodit equi: 265

Haec quoque Pieriis spiracula comparat antris
carmine Messalae nobilitatus ager:

268. Valerius Messalla praetorian prefect 396 CE.

Sidonius Apollinaris, Carm. 9, 305-6

Messalam ingenii satis profundi 305
et nulli modo Martium secundum.

intrantemque capit discedentemque moratur
postibus adfixum dulce poema sacris. 270

Hic est qui primo seriem de consule dicit,
usque ad Publicolas si redeamus avos;
hic et praefecti nutu praetoria rexit,
sed menti et linguae gloria maior inest;
hic docuit, qualem poscat facundia sedem:
Ut bonus esse velit, quisque disertus erit. 275

Roscida puniceo fulsere crepuscula caelo:
Pandimus obliquo lintea flexa sinu.

Paulisper litus fugimus Munione vadosum:
Suspecto trepidant ostia parva salo. 280
Inde Graviscarum fastigia rara videmus,
quas premit aestivae saepe paludis odor;
sed nemorosa viret densis vicinia lucis
pineaque extremis fluctuat umbra fretis.

279. Mignone river 281. Graviscae, the port of Tarquinii

Aen. X.183-4

*qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,
et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.*

(Unhealthy, oppressive because of malaria?)

Cernimus antiquas nullo custode ruinas 285
et desolatae moenia foeda Cosae.

Cosa has been the subject of much archaeological and historical study in the last 50 years or so <https://www.tuttomaremma.com/en/romantownofcosa.htm>

Ridiculam cladis pudet inter seria causam
promere, sed risum dissimulare piget:
Dicuntur cives quondam migrare coacti
muribus infestos deseruisse lares; 290
Credere maluerim Pygmaeae damna cohortis
et coniuratos in sua bella grues.

Pygmies fighting cranes, see Homer *Iliad* III.3-6, Claudian *De bello Gildonico*, 474-6

*pendula ceu parvis moturae bella colonis
ingenti clangore grues aestiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo*

Petrarch 1358

He was invited to go on a pilgrimage by his friend Mandelli but fear of 'slow death and nausea worse than death' (longam mortem et peiorem morte nauseam, non de nihilo quidem sed expertus, metuo) held him back. Instead he sent a guide, written in three days, and displaying exceptional geographical knowledge based on poetic and historical sources. The journey begins from Genoa.

ITINERARIUM AD SEPULCRUM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI AD IOHANNEM DE MANDELLO.

https://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lspost14/Petrarca/pca_itin.html

[25] Haud procul inde Populonia, Massa Marittima, Grossetum, Telamonis portus (an ab Aiakis patre, an unde dictus, profiteor me nescire). Inde rursus ad dexteram Igilium insula vino et marmore nobilis, ad laevam Sancti Stephani, quem dicunt, et mox portus Herculeus, Argentariae mons medius. Post Cornetum turritum et spectabile oppidum, gemino cinctum muro et ab alto colle maria longa despiciens. Huius in finibus Tarquinii fuerunt, olim civitas, nunc nihil praeter nudum nomen ac ruinas, unde, qui Rome regnarunt, Tarquinii prodiere. Post hoc illa, quae Civitas Vetus dicitur, decem, nisi fallor, passuum milibus sita est. Deinde quem Adriani portum vocant, opus inter cuncta mirabile, quod ne inter septem illa famosissima numeretur, nihil sibi nisi aetas et iactantia graia defuerit.

[26] His exactis Tiberinae fauces ad laevam sunt, ad dexteram remanente Sardinia. Supra Tiberis ripam Ostia est, Anci Marcii colonia quarti Romanorum regis, quam in ipso maris fluminisque confinio posuit, ut ait Florus (Flor. Epit. 1,1/1,4), iam tum videlicet praesagiens animo futurum, ut totius mundi opes et commeatus illo velut maritimo urbis hospitio reciperentur. Illic sane cum fueris, scito te a regina urbium Roma non nisi duodecim passuum milibus abesse, de qua si tam parvo in spatio loqui velim, intolerandae nimis audaciae sim, cuius gestis ac gloriae totus terrarum orbis angustus est, cuius nomini libri linguaeque omnes non sufficient.

Orosius Book VII

[39] adest Alarius, trepidam Romam obsidet, turbat, intrumpit, dato tamen praecepto prius, ut si qui in sancta loca praecepsque in sanctorum apostolorum Petri et Pauli basilicas confugissent, hos in primis in uiolatos securosque esse sinerent, tum deinde in quantum possent praedae inhiantes a sanguine temperarent.

2. accidit quoque, quo magis illa urbis inruptio indignatione Dei acta quam hostis fortitudine probaretur, ut beatus Innocentius, Romanae urbis episcopus, tamquam iustus Loth subtractus a Sodomis occulta prouidentia Dei apud Rauennam tunc positus, peccatoris populi non uideret excidium.

3. discurrentibus per urbem barbaris forte unus Gothorum idemque potens et Christianus sacram Deo uirginem iam aetate prouectam, in quadam ecclesiastica domo reperit, cumque ab ea aurum argentumque honeste exposceret, 4. illa fidelis constantia esse apud se plurimum et mox proferendum spopondit ac protulit, cumque expositis opibus attonitum barbarum magnitudine pondere pulchritudine, ignota etiam uasorum qualitate intellegereret, uirgo Christi ad barbarum ait: 5. *haec Petri apostoli sacra ministeria sunt. praesume, si audes; de facto tu uideris. ego quia defendere nequeo, tenere non audeo.* 6. barbarus uero ad reuerentiam religionis timore Dei et fide uirginis motus ad Alarium haec per nuntium rettulit: qui continuo reportari ad apostoli basilicam uniuersa ut erant uasa imperauit, 7. uirginem etiam simulque omnes qui se adiungerent Christianos eodem cum defensione deduci. ea domus a sanctis sedibus longe ut ferunt et medio interiectu urbis aberat. 8. itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula et super capita elata palam aurea atque argentea uasa portantur; exertis undique ad defensionem gladiis pia pompa munitur; 9. hymnum Deo Romanis barbarisque concinentibus publice canitur; personat late in excidio urbis salutis tuba omnesque etiam in abditis latentes inuitat ac pulsat; 10. concurrunt undique ad uasa Petri, uasa Christi, plurimi etiam pagani Christianis professione etsi non fide admiscentur et per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, euadunt; quanto copiosius adgregantur Romani confugientes, tanto audiens circumfunduntur barbari defensores.

11. o sacra et ineffabilis diuini iudicii discretio! o sanctum istud et salutare flumen, quod parua exortum domo, dum beato alueo in sanctorum sedes tendit, oberrantes

periclitantesque animas in salutis sinum pia rapacitate peruerexit! 12. o praeclara illa Christianae militiae tuba, quae generaliter cunctos dulcissimo ad uitam modulamine inuitans, quos ad salutem inobedientes non suscitauit, inexcusabiles reliquit ad mortem. 13. mysterium hoc, quod in transferendis uasis, dicendis hymnis, ducendis populis fuit, tamquam magnum cribrum fuisse arbitror, per quod ex congregatione populi Romani tamquam ex magna massa frumenti per omnia ex uniuerso ambitu ciuitatis latebrarum foramina effluxere grana uiua siue occasione siue ueritate commota; 14. omnia tamen de praesenti salute credentia ex horreo dominicae praeparationis accepta sunt, reliqua uero uelut stercora et uelut paleae, ipsa uel incredulitate uel inobedientia praeiudicata, ad exterminium atque incendium remanserunt. quis haec perpendere plenis miraculis, quis praedicare dignis laudibus queat?

15. Tertia die barbari quam ingressi urbem fuerant sponte discedunt, facto quidem aliquantarum aedium incendio sed ne tanto quidem quantum septingentesimo conditionis eius anno casus effecerat. 16. nam si exhibitam Neronis imperatoris sui spectaculis inflammationem recensem, procul dubio nulla comparatione aequiperabitur secundum id, quod excitauerat lasciuia principis, hoc, quod nunc intulit ira uictoris. 17. neque uero Gallorum meminisse in huiusmodi conlatione debeo, qui continuo paene anni spatio incensae euersaeque urbis adtritos cineres possederunt. 18. et ne quisquam forte dubitaret ad correptionem superbae lasciuiae et blasphemae ciuitatis hostibus fuisse permisum, eodem tempore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt, quae inflammari ab hostibus nequiuierunt.